Hic Ninus probat, quod ista non bene fecerit nubendo secundo uiro, quia non erat sibi tam honorabile post mortem dici uxor Galeacij sicut si diceretur uxor Nini. dicit ergo, La uipera in signum uicecomitum de Mediolano, che milanesi acampa .i. quam Mediolanenses portant in campo, quia Galeacius erat tunc dominus Mediolani, non li fara si bella sepultura .i. tam honorabilem, come hauerìa fatto il gallo di gallura. Nam gallus est in signum iudicis gallure. q.d. pulcrius fuisset sibi, quod in epitafio siue titulo sepulture legeretur: hic iacet beatrix uxor iudicis Nini de gallura, quam quod legatur uxor domini Galeacij de Mediolano. Et dicit communiter exponentes, quia ninus erat nobilior et melior illo, sed de hoc non facio curam hic, sed dico quod loquitur subtilius, et uult dicere maior honor erat huic illustri mulieri dici uxor unius uiri tantum .s. primi quam secundi, ita quod tacite tangit eam quod nupsit secundo, unde iam doluit de hoc supra, et certe istud est laudabile in muliere, et fuit laudabilius olim in roma quando aliquandiu fuit quoddam templum pudicitie, unde ualerius dicit, quod que uno erant contente matrimonio, imo usque in hodiernam diem non habetur mulier in magno pretio uel honore in urbe, que nubit post primum uirum, Sed certe uenit lex noua que dicit, mulier soluta lege uiri, quocumque uult nubat in domino. Ista nobilis domina quid debebat facere uidua que erat iuuenis et formosa, et sine filijs masculis, et quomodo potuisset etiam si noluisset contradicere Marchioni fratri suo potentissimo. Sed ulterius non erit superfluum considerare hic, quod poeta noster non sine quare descripsit hic incidenter istam domum Mediolanensem a bissonio, quia armatura ista terribilis, et domus fuit nimis potens diu in lombardia. Unde primo nota. quod uipera est serpens strictus superius amplior inferius, habens caput dentatum, os acutum, sed masculus tantum duos dentes inferius et alios duos superius eorum dentes illius femina aut habet plures, et in hoc cognoscitur masculi a morsu femine ut dicit Auicenna. Et de isto animali plurimi et multi dicunt quod exitus superfluitatis est sicut puncta acus, ideo non potest concipere nec parere sicut alia animalia quod totum Albertus magnus reputat falsum et dicit quod nunquam natura dedit actum cuius non daret naturalem potentiam et facultatem, et ideo dicit quod omnia genera serpentium concipientium primo oua, et postea parentium animal propter similes uteri dispositiones dicuntur uiuipere quasi in intrinseca parientes, ad propositum ergo domus Vicecomitum de Mediolano portat uiperam pro armatura, que tenet infantulum totum sanguineum in ore, quem nec deglutit nec euomit, sed tenet continuo in cruciatu. Vult ergo dicere Ninus, quod beatrix plus esset honorata gallo armatura primi uiri aue domestica, quam uipera armatura secundi uiri, serpente feda, cui gallus naturaliter inimicatur serpenti. Circa secundum nota circa potentem domum, est sciendum quod primus promotor uicecomitum fuit Cardinalis octauianus de ubaldinis, qui fecit fieri Ottonem uicecomitem capellanum suum Archiepiscopum Mediolani, qui uir astutissimus rogauit eundem, ut faceret fieri Raymondum de la turre patriarcham aquilegie, ut illi de domo sua sequerentur eum et sic factum est, qui Raymondus tenuit patriarchatum xxvj annis, et fuit frater dominj Alemanni qui primus fuit capitaneus Mediolani. Igitur anno domini M°cc°lxxvij° expulsis dominis de la turre de Mediolano, qui diu fuerant potentissimi. Otho cum suis intrauit Mediolanum cum isto modo et pacto, quod plures ex nobilioribus dictis domibus eligerentur capitanei, qui regerent ciuitatem successiue. Quorum primus fuit dominus Mattheus uicecomes eius nepos ob reuerentiam eius,

cu aut Maffeus diceret i fine ani patruo suo officiu finiti. Otto extorsit gladiu de vagina nepoti et dixit, eripe a me si potes hunc gladiu, ille notavit dictu, et continuavit regimen. Iste Maffeus fuit vir providentissimus tirannus i sua solertia fecit multa magnalia et vixit ultra nonaginta anos et usque ad morte viguit magno intellectu. Cu aut Maffeus vellet oia sibi et no participaret consortibus suis et aliis expulsus fuit de Mlo, et illi de la turre cu viribus patriarce, venerut supra Mlm cu magno exercitu et magnis potentibus Lombardie, et breviter opa Alberti scotti de placentia, Guidetus de la turre itravit Mediolanu, et paulo post factus est capitaneus, duxit aspru dniu valde, et multu pseautus fuit Maffeu et filios, ita qp quasi reduxit eos ad nihilu. Unde fugientes pauperle de terra i terra reduxerunt se ad unu parvu castellu i comitatu ferarie, propter affinitatem beatrics de qua dictu est. Guidetus no contentus psecutione illudens fortune Maffei de industria misit hoiem curialem sagacem ad eum, q peteret Maffeo duas petitiones. s. quo stabat, et qn spabat redire Mlm. Maffeus prudens lepide rndit ad pa et subito videtur mihi stare, qr scio vivere sm tempus. Ad sm dixit, qn peccata dni tui ppondera bunt meis, tunc revertar Mlm. Guidetus facta sibi relacione p viru curialem, dixit bene lucrifecisti palafredu et robam, et ista sunt bene verba prudentissimi viri Maffei et sic fuit i brevi. Na Maffeus reitravit mediolanu qn Hinus spabat reductus p henricu sextu. Iste maffeus huit .v. filios, quoru primus fuit Galeaus, qui successit patri i dnio et Azzo filius eius tenuit dominiu post eu. Huius fuit Johanes archiepus Mediolani vir satis simplex, sed multu regebatur cosilio suoru consiliarioru, et fuit simul cu Luchino tercio genito, et defuncto Luchino q fuit iustissimus tirannus, Johanes solus regnavit, hic fuit potentissimus, nam ultra terras Lombardie quas tenuerat Luchinus huit bononia et Janua cu omni Jurisdictione sua. Quartus fuit Marcus miles strenuissimus armoru. Quintus Stephanus, q dum propinaret poculu bavaro et vellet illi dare venenu, ut ordinatu erat cu fratribus, Bonarus presentiens dixit bibe tibi, qui coactus bibere mortuus est. hic Stephanus fuit pater Bernabovis et Galeaz, qui duo diebus nostris ita lacerut lombardia.

Cosi dicea, segnato de la stampa

Nel suo aspetto di quel drito çelo

Che misuratamete il cuor avapa.

hic ultimo poeta iponit fine sermoni Nini et excusat eu circa ea que dixit de uxore et femeninis et dicit qp ex bono zelo non ex Gelotopia qua huit de uxore sua, qua nimis calide amaverat, dicit ergo cosi dicea, ille ninus, signato di la stampa .i. impressione vel signo, di quel drito celo .i. iusto et honesto amore coniugali, che misuratamente .i. q amor legittimus tempate il cuor avapa .i. intendit auz boni viri ita qp no i mense vel iordinate amat, ita qp cadit i zelotapia. et sic vide quo poeta loquitur obscure i ma, que de se tantum est clara.

Gli ochi miei ghiotti andavan
pur al celo

Pur la dove le stelle son piu tarde

Si come rota piu presso alo stelo.

El duca mio figliol ch la su guarde

E io alui. a quelle tre facelle

Diche il polo di qua tuto quanto
arde.

Ondegli ame. Le quatro chiare stelle

Che vedeu staman son di la basse

E queste son salite overan qlle.

Ista est Tertia pars generalis i qua poeta revertens ad ma supius ichoatam describit pugna angelorum et serpentis, et describit aliu spm illustrem modernu, cu commendatione eius domus, et primo quidem continuatione notat dispositione suam dns. gliochi miei gliochi .i. avidi videndi andavan pur al celo, et specialiter, pur dove le stelle, circa utruque polum movetur tardius et ille polus, qui est semp nobis occultus, est illis semp apparens. Et eo nosterr polus archtitus qui est semp nobis apparens est illis semp occultus, et specificat tarditatem stellaru que moventur circa polu p propria comparacione dicens si como rota piu presso alo stello .i. dixi est suple tardior sicut claru exemplum i horologio, quia ille circulus qui est itior

dixi nō uidetur quasi moueri respectu ulti
qui uidetur qī uolare. Et ondit quid ui-
derit ibi, quia tres fulgentissimas stellas
dns, el duca mio .s. uirgilius uidens me
ita abstractuz uersus polum petiuit,
figliolo che lassu guardi, circa illū poluz,
et io alui sirple respondi, aquelle tre
facelle .i. stellis ardentibus, diche il polo
diqua .s. antartiais, tutto quante arde
.i. splendet. deinde ondit quō uirgili
declarauerit sibi pmutaciōne stellarum
esse factā, et ad intelligendā istā litterā
recordari ꝙ poeta nr̄ descripsit primo
capitulo ante ꝗ intraret purgatorium
se uidisse quatuor stellas nō uisas nisi
apud antiquos p quas figurauit iiij^or uir-
tutes cardinales, a quibus tendens ad
uirtutez debet inchoare, unde introduxit
ibi Catonē moralez quē dicte stelle suis
radijs illustrabant. Hunc uō intraturus
uerū purgatoriū fingit tres alias stellas
accedisse i locū illarū .i. tres uirtutes di-
uinas, ad quarū lucez homo debet itra-
re penitentiā, et ille quatuor prime de-
clinauerunt sub istis qr .s. sunt subiecte
eis tanꝗ ancille ministrantes eis. dicit
g^o. ondelli ame. sirple uirgilius dix. le q^a^tro
chiare stelle .i. uirtutes pdicte morales
quibus tanꝗ primis aīa bona adornat^r
sicut corpus componitur ex iiij^or ellemētis
che uedeui sta mane i ortu aurore, son
de li basse .s. sub istis tribus, e queste .s.
tres, son salite ouer an quelle .s. ad no-
struz poluz antartiaū. unde debes conside-
rare ꝙ uirgilius ꝗ nūc loquitur est i alio
hemisperio opposito nostro, ideo polus an-
tartiaus qui est nobis occultus erat appa-
rens eis et erat polus eorū luces, qr
recesserunt a tenebra uitiorū ini hemis
perij.

Comio parlaua e sordello asse
il trasse

Diciendo. uedi la lnostro auersaro

E drizol ditto pche la guardasse.

Da quella parte onde nō ha riparo

La picciola uallea era una biscia

Forse qual diede ad eua il cibo am-
aro.

Tra lerba e fiori uenia la mala stri-
scia

Volgiendo ad hora ad hora la testa
al dosso

Leccando comio bestia che si lisca.

Hic poeta describit aduentuz serpentis quā
supra dixerat sordellus, esse uenturū ad
temptacionez aīaruz, et primo d^t quomō
uirgilius ondebit ipm sibi, unde dicit
come parlaua .i. dūz sic loquebar cum
uirgilio, e sordello asse il trasse .s. ipsum
uirgiliū dicendo, uedi lo nostro auersaro
.s. te serpentē tentacionis, e drizo el dito
ostendens sibi locūz unde ueniebat, per
che la guardasse. Et sic nō ꝙ cū strictius
disponimur ad contemplādū uirtutes
diuinas que nūc ducūt ad deū, tunc
diabolus studiosius nititur nos reuocare
insidijs suis, ideo bene poeta fingit ꝙ
sunt retracti a cōtemplatione istarū stel-
larū, et alloquutione quā faciebat de eis.
Et continuo describit que erat ista spēs
et unde, et qualr̄ ueniebat dicit ergo
una biscia forse qual diede ad eua el
cibo amaro, quia suasit ut gustaret de
pomo uetito, quod uisuz est dulce et sua-
ue, sed i effectu fuit amaruz et mortiferū
et dicit notanter, forte ꝙ nulla tētacio
potest esse illi similis, quaz serpens fecit
primis parentibus, quibus psuasit ꝙ es-
sent sicut dij scientes bonuz et maluz.
era da quella parte aperta onde le pic-
cola ualle senota cauata i monte, i qua
stabant aīe uirorūz illustriū, nō ha ri-
paro .i. qr nō habet montē oppositum
nō aliquod castrū uel obstaculū. uult
dicere ꝙ serpens nō ueniebat desuper
p montez, nec ab aliquo latere mōtis ubi
erant duo angeli armati lucidissimis
spatis pmptis ad defensionē, sed solus
ueniebat uersus hostiū uallis, p uiam
planā herbosam. Et nō ꝙ sub ista pul-
cra fictione poeta figurat moralitez ꝙ
temptacio pricipaliter iuadit hoīem
ab ea parte qua iuenit eū magis imu-
nitū et ipatuz, qr .s. diabolus luxurioso
ondit pulcrā feminā que h̄t magnaz
potestatez i hoīem. Auaro ondit mag-
nā peccuniaz que oīa potest, ueniebat
ergo demon nūc armatus, ad temptan-
dūz istos nobiles spūs, uarijs delectacio-
nibus, puta uniū luxuria, aliū potentia
aliū gloria, unde dicit. La mala striscie
.i. meretrix tuta, que iducat hoīem ad
oīa mala, uenia tra lerba e i fiori, quia
temptatio ingerit se blande iter deli-
cias et delectaciones uarias, uolgiendo
ad hora ad hora la testa al dosso, ut red-
dat se totā pulcrā et appetibilez. Ideo d^t

Letando como bestia che si lissa, lissare est propriū mulierū, quando fricant se et comūt, ut magis placeant.

Jo nō uidi e pero dicer nol posso
Come mosser li astori celestiali
Ma uidi bene, e luno e lalt°o mosso.
Sentēdo fender laire ale uerdi
ali
Fugi il serpente, e li angeli dier
uolta
Suso ale poste, riuolādo equali.

Hic poeta descripta insultatione serpentis insidiosa, describit defensionem angelorum dicit ergo, Jo nō uidi e pero dicer nō posso como mosser li astori celestiali. i. quomō angeli recesserunt de loco ubi erant positi ad custodiā qui merito assimilantur auibus et sunt alati et uellocissimi, ut superius dictū est, et dicitur in isto purgatorio, et proprie astoribus q sunt aues fortes multū, ma uidi bene luno e laltro mosso uolantes contra serpentem. Et p hoc nota q homo nō ppendit quādo auxiliū dei uenit ad eū contra temptationē, quia grā uenit occulta, et postea cognoscitur p effectū, qn temptacio fugatur, quia nō potest obtinere uictoriā in aīā eius, ita q et iustitia et mīa manifestatur in nob. Et subdit effectū. s. fugā serpentis dicens il serpente sentendo fendere laire ale uerde ali illorū angelorū qui dabant bonā spem uictorie illis aīabus ibi positis, fugi, a facie angelorū, e gli angeli dier uolta serpente fugiente riuolādo circa ualles, iguali. s. equaliter nouerāt quia semper militant simul iustitia et misericordia dei ad protectionem hoīs, suso ale poste. i. ad utrāq spondā montis, ubi primo stabant ad custodiā montis. Et hic nota lector q oīa sunt in continuo certamine, ymo oīa queq creata, Nā angeli in celo primo habuerūt bellū inter se et continuo boni angeli pugnāt contra malos, planete militant contra firmamentū et inter se sicut et ellementa inuicē contrariantur. In terra uō aues, pisces serpentes, hoīes et cetera aīalia. Quid hoīes inter se: nō pater cū filio: nō uir cū uxore: nō frater cū fratre: ne dicā cū de seruo cū dnō de priuigno, cū nouerca, de nuru cū socru ymo ipse homo sepe discordat secum.

Lombra che sera aguidice racolta
Quando chiamo p tutto quo assalto
Punto nō fu da me guardar sciolta.

Hic poeta describit aliū uirū singularem illustrem modernū. Et primo tangit mirabilē attentionem illius ad se, et uult breuiter dicere q p totū illud spaciū, quo serpens uenit contra ualles, et angeli uolauerunt contra serpentem et reuolauerūt illo fugato ille spūs nūq remouit oculos ab inspiciendo eū, dicit ergo lombra, hic erat corradus marchio malaspina, che sera racolta al giudice. i. que traxerat se uersus Ninum quando chiamo. i. qn ex admiratione suprauocauit et dixit, surge conrade ueni uide nō fo punto sciolta. s. nō fuit aliquo mō remota aspectando me ita erat ligata de fixo intuitu in me, p tutto quello assalto. i. q diu durauit ille insultus inter unū serpentem et duos angelos, ita q ille poeta nō stetit plus attentus ad cernendū certamen inter serpentem et angelos q steterit ille corradus ad respiciendū eū quia nō poterat satiari uisione eius audito q erat uiuus et uiuus suus optabat ei scire noua de domo sua, et mens eius erat qi presaga, q iste esset facturus singulare pconiū de stirpe suorū sicut statim dicetur.

Se la lucerna che ti mena in alto
Troui nel tuo albitro tanta cera
Quant e mestieri in fino al somo
smalto.
Comīcio ella. se nouella uera
Di ualdemagra o di parte uicina
Sai dillo ame che gia grande la
era.
Fui chiamato Curado malaspina
Non son lanticho, ma di lui discesi
A miei portai lamor che q raffina.

Hic poeta ponit orationem illius spiritus ad se, q ad captandā beniuolentiā adiurat

cū p id quod maxime tunc optabat, ut dicat si bi noua de partibus illis, dicat ergo, comincio ella .s. umbra Coradi, se la lucerna .i. scīa tua uel lux uirgilij, uel diuina illustracio et gr̄a, che ti mena ī alto uersus celuz, troui tanta cera .i. uirtutē et conspectionez et specul atione uel tanta cera .i. tantā materiā et tam bene dispositaz, nel tuo arbitrio .i. tuo īgenio et li bero arbitrio, quante e mestier .i. necc̄io exig itur et requiritur ad tantuz iter, et tā longuz corpus .i. ad pfectionē finalem huius purga torij, unde dicat, īfino al summo smalto .i. usz ad summū cacumen montis, quez poeta uocat smaltū p pulcrā methaforaz, quia ibi ē ort deliciaruz planus uiridis herbosus, floridus, sim̄ methafora usus est, inferni cap° quarto describens locū uirorū illustriū. et ibi notaui de proprietate huius methafore, ideo nō re peto, ne siz nimis longus. Si ergo habeas tantā grām, dillo a me se sai nouella uera nō fingas mihi, di ual di macra. hic nō qp macra est fluuius rapax īnauigabilis, ut dicat lucanus qui labitur apud antiquaz ciuitatem desertam lune, un̄ hec eadē ual lis hodie appellatur uulgariter lunesana fluui9 est confinis tuscie, de quo alibi dictū est et dicetur, ideo dicat, odi parte uicina sicut de tuscia uel liguria, et manifestabat se a loco a nōie a uirtute, ut reddat sibi magis beniuolum, et dicat che qia grāde la era. q.d. fui dn̄us magnus ī uita ī illa ualle macre et audi quis fui .i. Chiamato fue corado malaspina. Ad quod sciendū qp iste coradus erat maior dn̄us meus dom9 uirtute armorū clarus tempore sue mortis huit aut auū eiusdem nōis qui suis gestis magnifice exaltauit suā familiā, et magna pmia promeruit apud ottonē Imperatorē. Et hic nepos studuit imitari probitatē aui. Et hic nō qp ī cronica ianuensiū mul ta scripta sunt de antiqtate nobilitate po tentia et uirtute istius clarissime familie Marchionū malaspinarū. Audiui etiā qp beatus Augustinus cui plus credo, fecit mentionē de ista domo, sed hoc numqz uidi, de qua familia multi fuerūt uiri illu stres et multi fuerūt Coradi uiri ualētes ideo ad tollerandam equiuocacionē que multis induat errorem, sicut patet ī cesari bus sapionibus, et mille familijs illustriu ille Coradus dicat nō son lantiquo quia fuit ualde uirtuosus, ma di lui discensi p rectaz lineā sanguinis, nec degenerauit ab eo sicut auctor dixit ī precedenti capitulo de filijs illustriū unde coradus tangit sin gularem actū uirtutis sue dicens a miei portai lamor .i. caritatem, che qui raffina .i. qui īducat me ad purgatoriuz ubi aīa affinatur, sicut auruz ī igne. unde nota

qp narrat de isto corado, qp ueniens ad mortē sine prole, oīa castella cōdimisit īter cōsor tes suos et predia condonauit, exortās eos ad concordiaz, et tn̄ discordie hodie distur bant istā domū, sicut et quasi ceteras yta lie, Aliqui tn̄ exponūt istā litterā aliter et dicunt qp coradus uult dicere, qp ī tantuz amauit suos ī exaltacionē sue domus, qp neglexit opa meritoria, ītentus circa tpalia de quo hic expectat purgari.

O dissi alui, per li uostri paesi
Gia mai nō fue, ma doue si dimora
P tuta europa chei nō sien palesi.
La fama che la nostra casa honora
Grida i signori e grida la cōtrada
Si che ne sa chi nō ui fu ancora.

hic poeta ponit suā responsionez ad peticio nez Marchionis, et extollit gloriaz sue domus, ex generalia fama oīuz hoīuz un̄ dicat, dissi alui .i. illi corado, o admira tiue loquitur, qia mai nō fu per li uostri paesi .s. p ualles macrez et uerūz dicat, quia ī Mccc° numqū fuerat ibi sed post expulsionez suā ibi fuit ibi. sed licet nō fuerīz ibi psonaliter, tam audiui semp uera de domo uestra. unde dicat ma do ue si demora .i. ī qua parte sit habitacio p tuta europa, ubi est maxie orbis chris tianus, chei nō sian palesi .i. publice co gnita propter singularem uirtutē uirorū et declarat se dn̄s la fama che la nostra casa honora .i. honorabilez reddit ī testimo niū uirtutis, grida i signori .i. celebrat et predicat .i. marchioēs malaspinas, si che ne sa chi nō ui fu ancora, et sic fama, qn̄ omnes famati, nō est oīo perdita ut phi losophus.

E io ui giuro sio di sopra uada
Che uostra gente honorata non
si fregia
Del pregio de la bonta de la spada.
Usō e natura si la priuilegia
Che p chel capo reo lo mōdo torcha
Sola ua dritta el mal camin disp
regia.

Hic poeta ī singularī extollit.

Hic Poeta i singulari extollit domu Marchionu a duplia uirtute, que maxie quenit uiris illustribus. s. liberalitas et probitas, adeo quod etiam aliquos uicioso reddit gloriosos et adiurat sic esse p id p quod maxie fuit adiuratus, a corado, unde dicit Et io ue giuro se de supra uada. s. ad summu motis opa uirgily et gratia dei, che uostra giete. i. generis siue genus malaspinoru, honorata. i. honorata, no sefregia. i. no deornatur et spoliatur del prosio dela bursa. i. liberalitatis, e de la spada. i. probitatis. Et hic no lector quod uirtus habet hoc propriu uti i amore suu bonos erigat malos i stuporem, et cu omnis uirtus habeat hoc maxie fortitudo que semper fuit maxie honorata, hc meruit triuphos, hec statuas, hec oia genera honoru, que Roma noluit cofferre sapioni ut scribit liuius et contulit cesari et augusto ut scribit Florus et confirmat dictu suu dicens, uso e natura. que duo sunt potentissima i omi re, si la priuilegia, illa domu uostra, che sola ua dritta. s. p uia uirtutis, e il male camin dispregia. s. uitioru et dicit, p chel capo rio. s. papa et Impator, torcha el mudo. s. deserondo iustiam, sed licet ista exposicio uideatur de mente auctoris, qui ponit istam conclusionem sepe et potissime i fra Capitulo xvi°, potest tn exponi honestius, ut p caput mundi itelligas diabolu qui dicitur princeps mudi, et q paulo ante i spetie serpentis iuaserat aias istoru nobiliu, et no est nequius caput super capite serpentis.

Et egli or ua, chel sol no si ricorcha
Sette uolte nelletto chl montone
Con tutti equatro i pie cuopre e
inforcha.
Che cotesta cortexe oppinione
Ti fie chiauata i meço dela testa
Co magior chioui che daltrui
sermone.
Se corso de giudicio no saresta.

Hic ultimo poeta ponit responsionem Coradi marchionis, qi premiu tam liberalis comendationis facte producat, quod i breui ipse expietur de facto illud quod dicebat, sola relacione fame. unde dicit, Et olli. s. Coradus dixit m, or ua quia plus no teneo te i uerbis, che sol no si ricolca. i. recollocabitur, sette uolte nel letto. i. signo, chl monton. i. quez solem aries, sub quo signo tunc sol erat, copre et inforca cu tutti quatro i piei. q. d. non ptransibunt septem ani, che cotesta cortesa opinione, qua habes de ista domus ex fama tantu, ti sia chiamata i meçio de la fronte. i. confirmabitur i medio tui capitis. s. qn eris i exilio, cu magior chiodi. i. bnficijs quorum oculata fide, che daltrui simone. i. q fama alioru, et dicit, si corso de giudicio no saresta. Conradus uidebat quod i futuru ex iudicio dei dantes factus exul erat recipiendus honorifice a consaguineo suo, et sic fuit de facto, quia expulsus de patria puenit i terras istorum marchionu, et ibi liberaliter tractatus a marchione marcello, et p ipm reductus fuit ad ipm nobile poema, quod omiserat p exiliu suu, cu principiu credebat esse amissu, sicut plene notaui Inferni capo viij°. circa principiu, ideo no mireris lector si poeta noster fecit tanta oposam comendationem de illa stirpe illustri certe morbo igratitudinis laborasset si preterisset ista mude.

LA concubina di titon
anticho
Gia simbiachaua al bal
co doriente
Fuor de la braccia del suo dolzamico.
Di gemme la suo fronte era lucente
Poste i figura del freddo aiale
Che co la coda paiote la gente.
E la notte de passi co che sale
Facti hauea due nelluogo oue eramo
El terço gia chinaua i giuso lale.
Quandio che meco hauea di quel
dadamo
Vinto dal sono i su lerba ichinai
La oue gia tutti, e cinque sedauamo.

Postq̄ a principio huius libri hucusq3 poe
ta noster tractauit et determinauit de
his qui dicuntur relegati extra purgato
riū ī antipurgatorio, nunc consequenter
ī isto nono capitulo agreditur tractatū
ueri purgatorij ī quo puniūtur et pur
gantur principaliter qui peccauerunt
ī vij peccatis mortalibus. Et p̄ns capi
tulū pōt diuidi ī quatuor ptes generā
les. In prima quarū poeta describit unū
mirabile sōpniū quod huit ī sompnio.
In .2a. describit īterpretacionē sompnij
ibi. nō altrimente. In 3a. describit portā
et portariū huius purgatorij ibi, lector
tu uedi ben. In quarta et ultimā describit
eorū introytū ī uerū purgatoriū ibi, tene
re otra. Ad primū ueniens dico, q poe
ta describit unū mirabile sōpniū. vn
attende, q istud capitulum est ualde difficī
le et subtile, ideo poteris uidere si dātes
fuit mirabilis poeta. volens ergo describ
ere sōpniū, primo pmittit sompnium
describens horam temporis qua obdor
miuit, Sentencialiter nō uult aliud
dicere, nisi q dedit se sompno exigēte
natura, sed circa finē tertie hore noctis
apparere debebat, describit ergo l' aurorā
lune poetice dicens, La concubina di titone
antiquo. Sed aduerte q ista littera uid
etur multū difficilis et dubitabilis, qr
poeta uidetur dicere unū quod numq̄3
fuit dictum uel fictum p aliū poetam
.s. q aurora lune sit concubina titonis
ideo aliqui dixerunt, q auctor descri
bit hic aurorā solis, sed hoc ē fluuien
et īpossibile sequitur. bene consideret lit
terā istam. dico ergo q simpliciter des
cribit aurorā lune, sed cū uocat eam
concubinā titonis, dico et credo q poe
ta noster denouo hoc fingit, sicut sepe
ymo quasi semper facit nouas fictiones
ī omni materia. Considerauit enī, q omēs
poete dant aurorā solis ī uxorem Titoni
ideo ipe dat illi amicā .s. aurorā lune
quia uxor stat prope uirū. Amaxia nō
alonge uult ergo dicere, q erat tertia
hora noctis prīe, quia aurora lune iā
surgebat, que est concubina titonis. Ad
cuius ītelligentiā, debes scire q Titon fi
lius laumedontis regis troiani nō iure
sed uiribus et auxilio fortune, acquisiuit
certā terrā ī extremo orientis cuius fuit
rex. Ideo poete finxerunt q titon esset
maritus aurore quia huit terrā unde
uenit aurora subiectā sibi, sicut uir ht
uxorem, et ex ea procreauit filiū noīe
menonē, qui ī auxiliū regis priami
ad Troiā uenit dū obsideretur a grecis
et fuit ibi bellando peremptus, sicut

scribit Virgilius, dicit ergo q Concubina
Titonis antiqui, ideo aurora lunegia se
biancaua .i. surgebat et apparebat al
ba, quia aurora lune est alba, ubi auro
ra solis est rubea, al balco doriente .i. a
fenestra orientis, sicut mulier pulcra
alba surgens facit se ad fenestrā, ideo
dicit, for di le braccie, quia uidetur iacuis
se ī thalamo, ante q̄ appareat, del suo
dolce amico .s. titonis et dicunt aliqui
q proprie dicatur uapor elleuatus et
grossus, quia elleuatur a terra et stat p
pe terrā, et describit signū cū quo orle
batur dicens, la sua fronte, illius pulcre
amice, era lucente di geme .i. splendē
tibus stellis, poste ī figura .i. ī signo q
habet naturā et figurā scorpionis, ideo dicit
del fredo aiale .s. serpentis scorpionis,
che con le coda pcotte la gente. Et hic
nota, q istud signū scorpionis nō dat
hoī nimis rigorē et pestiferū uenenū
q̄ scorpio aīal frigidū, scribit enī Guido
bonati forliuiensis magnus astrologus
se uidisse ī arabia unū astrolabiū mira
bilis magnitudinis, ī quo erant figura
ta oīa signa Zodiaci, et ī signo scorpio
nis erat figuratus unus ethiops tenens
scorpionem ad nasum, ad indicandū q nati
ascendente scorpione delectantur fod
ere ī stercoribus et rebus fetidis quales
multos sepe uidemus, et specificat ho
ram temporis dicens, a la nocte .s. prima
di passi conchesale appellat horas passus
quibus nox incedit sicut et dies, et tunc ib
ant paribus passibus, quia erat eqnoctiū
facti hauea dui .s. passus .q.d. iam fece
rat duas horas, el terzo .s. passus, gia
maua ī giuso lale, quia tempus non
solū currit, sed uolat .q.d. et tertia ho
ra noctis iam finiebatur. nā postea as
cendente libra que apparuit ibi ī pri
cipio noctis sequebatur scorpius ime
diate cū aurora, nel luoco oue er uamo
.i. ī illo hemisperio inferiori, quando io
qui solus herā uiuus, qui meco auea
di quello dadamo .s. carnem et corpus
unito dal sono, sine quo natura huma
na uiuere nō potest, insu lerba inchi
nay .i. posui me ad iacendū causa qe
scendi, ī su lerba .i. ī illo solo herboso, ubi
erat letus illorum illustriū, unde dicit
La doue tutti cinque sedeuano .s. uirgili9
ipse dantes sordellus, Iudex ninus, et
Marchio corradus. Et hic nota, q dan
tes describit congruā horā sui sompnii.
Nā cum tunc esset tempus equinoc
tij, ipse uir studiosus erat solitus uigi
lare p tres horas noctis, et euigilare
ī aurora, sicut nunc fecit.

Nelhora che comīcia itristi lai
La rondinella presso ala matina
Forse amemoria de suo p̄mi guai.
E che la mente nostra pelegrina
Piu de la carne e men da pensier
presa
Ale suo uision quasi e diuina
In segno mi parea ueder sospesa
Vn aquila nel ciel cū pēne doro
Con lali aperte e achalar itesa.

Hunc poeta descripta hora temporis qua
obdormiuit. s. auroram lune describit hora
qua somp̄niū fecit. s. aurorā solis. Et bre
uiter uult dicere, q̄ cū dormiuisset ad suffi
cientiaȝ secundū suā nāȝ et consuetudineȝ
huit unā uisioneȝ circa aurorā diei, qn̄
solȝ plus fieri sompnia uera. uisio autē
erat, q̄ uidebatur sibi uidere unā aquilā
ī alto, que celeriter descendens rapiebat
eū, et portabat usqȝ ad sperā ignis, ubi
p̄nimio calore ardens cogebatᵘ euigilare.
Ordina nūc litterā sic. ī sogno. i. ī sōpnio
mi parea ueder una aqlāᵉ. Ista erat lucia
. s. diuina gratia, de qua dictuȝ est plene
secundo c.ᵒ inferni, sospesa nel ciel, quia
pendet amente diuina, com pēne doro,
de nobiliori materia, nō potuit formare
alas istius aquile, quia nullū metallum
p̄fectius, quia nūq̄ corrūpitur, nūq̄ dim
inuitur, nunqȝ deficit, ideo dicit, con
le ale aperte, quia gratia dei semper
aperit brachia, et libenter dimittit, uel
admittat omnes redeuntes ad eū, sicut
nūc poeta nostrū, unde dicit, et acalcar
ītesa. i. itentā et paratā ad descendendū
ī subsidiū auctoris, sic cū ista lucia sucūrit
poete nr̄o intraturo ī infernū, dū ī petretᵘ
ab illis tribus feris pessimis īpedientibus
sibi ascensuȝ montis, ita nūc sucurrit ītra
turo purgatoriuȝ contra serpentē, et quia
sua uirtute nō poterat. leuauit eum in
altum et p̄ntauit corā angelo dn̄i, et h̄
fecit circa aurorā diei, quā describit apla
ncti erundinis, unde dicit, nelhora. s. po
stmoduȝ ī fine noctis, che la rondinella
comīcia itristi lai, uox est naturaliter
significans. q. d. tristes uersus et lamē
tatiōes, presso ala matina prope diluci
luȝ, et dicit, forse amemoria di suoi p̄mi
guay. i. suorū antiquoruȝ doloruȝ. Ad

huius littere itelligentiā plene oportet sci
re longā tabulā quā Ouidius scribit ual
de diffuse, ūsᵒ sui maioris cū breuiter hec
est sūma, Tereus rex tracie h̄ns uxorem
nōīe progne, filiā pandionis regis Athe
narū p̄cibus uxoris sue profectus ath
enas petebat a pandione socero, ut daret
sibi filiā uirgineȝ, nōīe filomenā, quia
uxor sua sūme optabat uidere sororem,
et ecce ītēri supuenit filomena pulcer
rima uelut dea tā forma naturali, q̄ cultu
artificiali, qua uisa īfelix, Tereus stupefa
ctus nimia pulcritudine, ita exarsit eī
amore, sicut stipula subito accenditur
igne, et fluctuās aīo iterius, uexabatur
uariis curis, sicut est de more amantiuȝ
tandem sub honesto colore obtinuit filiā
a patre, q molestissime tulit eius recessuȝ,
quia erat solaciū senectutis sue. Igitur
Tereus accepta filomena ī naui prospere
nauigans, cū p̄mū applicuit ad littus
regniᵒ sui, letus uelut aquila, rapto lepore
traxit filomenā cognatā suā, ī quandam
siluā, ī domū auitā pastoris, et illam
trementeȝ uelut agna capta a lupo, aut
colūba rapta ab auiltore, et frustra re
clamanteȝ deflorauit uirginitatē suā.
Sed filomena magis accensa igne ire q̄
Tereus igne libidinis exprobābat illi barb
arā crudelitatem et humanā luxuriam
et minabatur se propalaturā hoc oībus.
Quare Tereus extincta flāma libidinis
reaccensus flāma ire, et euulxit illi cru
delius linguā, q̄ extorserat honorē eius
que linguā feriebat terrā, uelut lingua
serpentis amputata, et illa dimissā re
uersus ī regnuȝ fallaciter finxit uxori
q̄ filomena mortua erat, post tempus
filomena, quod nō potuit dicere lingua
scripsit manu sua, nā texit paliū, et ī
seruit litteras quibus significauit sorori
tam īdignū facinus, Illa infuriata dolore
accessit ad locū, et sororē occulte duxit
ad regiā, et filomena plorante progne
dixitᵉ q̄ nō lacrimis sed ferro erat agē
da uindicta, et dū multa minaretur, ec
ce Itis filius eius infantulus ueniebat
ad matrem qui armauit illius irā.
Nā crudelis mater uiso filio dixit ah
q̄ es similis patri, et cōtinuo illū captū
traxit secū uelut Tigris ceruulū terenū
tenerū ī locū secretum, et ipse iugulauit
et coxit, extremitatibus reseruatis, et ī
uitato marito solo sicut aliquādo soleb
at, apposuit filiū sibi, qui cū ignarus
auide comedisset petiuit Itim filiuȝ
suū, tunc progne non ualens ulterius
dissimulare crudelia gaudia dixit, quē
petis intus habes. Sȝ Thereo circūspiciente

f2

quia credebat q esset i camera, et querente ubi esset Ithis, filomena proicit caput filij i faciem patris, nec unq̃ optauit tantũ loq sicut tunc ut posset memorare sibi crudelitatem pro crudelitate. Thereus aũt factus furiosus, abiecta mensa uoluisset si potuisset euomere carnes filij. clamãs se fore sepulcrũ filij sui, et i furore rapta ense psequebatur eas. sed ambe subito conuerse sunt i aues progne i yrondinẽ, et filomenaʒ i auem sui nõis. Thereus conuersus est i auẽ turpissimã que uocatur upupa que discurrit p sepulcra mortuorũ. Ithis uero puer, conuersus ẽ i fasianũ. Sed ultimo nõ lector, q res narrata, licet dicã fabulosa, tota fuit hystoria uera, sicut scribit Augustinus de ciuitate dei, et Orosius pretez fines, ubi dicitur et fingit transformatio istorũ, cuius fictionis allegoriã ponã infra. C°. xvj°. Ex dictis ergo clare patet, quia yrondo dicitur prope mane cãtare tristes lamentationes. Et subdit poeta q tali hora fiunt iterdũ sompnia uera dicens che la mente nostra piu peregrina. i. mag remota et abstracta dala carne. i. a sensibus et passionibus quia tunc perfecta digestiõe et resolutis fumis, mens est magis sobria, e men dai pensier presa. i. minus occupata curis rerum exteriorum, ale sue uisione quasi e diuina. i. psaga q̃r. s. preuidet uere futura p sompniũ. Et hic nota, q quedã sũt sompnia nãlia, sicut uidemus q aliqui sepe cirã faciãt sompnia uera, aliqui semp falsa, Quedã sunt bestialia, sunt illa que proueniunt a crapula uel ebrietate, quedã nõ sunt spũalia, que fiũt reuellacione diuina.

Et esser mi parea la doue foro
Abandonati i suoi da ganimede
Quando fu ratto al sommo cõcistoro.
Fra me pensaua. forse questa fiede
Pur qui p uso e forse dal altro loco
Disdegna di portarne suso i piede.
Poi mi parea che poi rotata un poco
Terribel come folgor discendesse
E me rapisse suso i fino al foco.
Iui parea che ella e io ardesse
E si lincendio imaginato cosse

Che cõuẽne chel sonno si rõpesse.

Hic poeta describit locũ et modũ sui raptus p unã nobilem comparationem, ad cuius intelligentiã debes scire, q ut fingũt poete et greci et Latini, Ganimedes filius regis troyanorum cũ iuisset cũ socijs i uenaciõnez extra Troyã, ecce Aquila que dr̃ auis Iouis, subito illũ raptum portauit i celũ, ubi factus dr̃ pincerna Iouis. huius fictionis ueritas est q̃tum spectat ad nrm propositum q Iupiter potens rex crethe felix, cũ uenisset i aciem, contra Troiã regẽ frigie, a q° Troya denoĩata est, apparuit sibi conspectus aquile, quã accepit pro bono augurio, et breuiter factus uictor cepit Ganimedem filiũ regis, quem duxit i cretam et fecit pincernã suũ. Ad lrãm ergo dt poeta et esser mi parea. s. i ualle siue silua, doue i soy. s. socij, foro abandonati. s. apud Troyam, da Ganimede scio q alij alia dicant de isto facto, sed dicta sufficiãt, quando fo rapto al sommo consistoro. s. i celũ inter deos. Et hic nota attente, q̃ntum poeta noster sciuit figmenta aliorũ poetarum ducere ad suũ propositum. vere etiã nõ posset iueniri comparatio magis propria huic facto. Aquila ẽi auis Iouis optime figurat aquilã missã a deo. Ganimedes raptus ab aquila, figurat ipm nobilẽ poetam, raptũ ab aquila diuina silua amena et uirtus apud montes troie figurat uallem herbosam floridã illorũ illustrium apud montes purgatorij nobiles socij Ganimedis figurant nobiles socios dantes, qui remanserunt ipo rapto i altum, sicut socij Ganimedis illo rapto, et sicut Ganimedes factus est seruitor Iouis, Ita dantes factus est seruitor omnipotentis Iouis, tractus nc ad purgatoriũ, ubi efficietur totus diuinus et sic perueniet i celũ, et ondit qd ymaginabatur i sompnio dicens fra me pensaua. i. i illo raptu mentis, forse questa. s. aqla fiede. i. sic ferit aliter, sede pu qui. i. i ista ualle, p uso quia forte habet suũ nidũ hic, e forte disdegna de portarne suso i pede dal altro loco q̃ ab isto, sed nõ stetit diu suspensus cuius eius, quia aquila nõ stet diu suspensa unde dicit, poy mi parea che poi rotata. s. illa aquila, un poco discendesse terribile comel folgore. Aquila ẽi dicitur a poetis esse armiger Iouis, et ministrare fulmina illi, ita ista aquila potes. s. missa a deo fulgurat sup hoĩem et ipm icendit et rapit i altũ, unde dicit, e mi rapisse suso i fino al fuoco. i. ad spãm ignis q est gtermina celo, et ecce effectum illius raptus, mi parea chella et io ardesse, i illo igne e si lincendio imaginato i mente tosse. et ita uehementer me incendit, chel couene

chel somno si rumpesse, ita q euigilare a sompno. Et sic uide quō auctor accensus nouo amore a diuina gratia, fuit tractus a ualle, ad montem :

Non altrimente Achille si rischosse
Li ochi suegliati reuolgēdo ī giro
E nō sapendo la doue si fosse.
Quando la madre da chirone a schiro
trafugio lui dormendo ī su le braccia
La onde poi li greci indi partiro.
Che mi scossio si come da la faccia
Mi fugi il sono e diuentai smorto
Come fa luon che spauētato agiaccia.

Ista est secunda pars generalis, ī qua poeta noster describit interpretacionem clarā sui mirabilis sompnij. factā a Virgilio. Et primo pmittit suā euigilationem, quā egregie describit p unā comparacionē nobilissimā. Ad cuius cognitionē clarā quia multi hic multa supflua uulgo dixerūt est sciendū necessario q hanc materiā hic tactam ellegantem scribit Stacius ī suo minori qui dicitur Achileyda. cuius sūmā breuiter ellicere conabor. Thetis mater achillis, tradidit illū ī īfantulū allendū et īstruendum bonis artibus chironi centhauro qui habebat domiciliū suū, sue speluncā sub monte pelion ī thesalia. Chiro ergo nō nutriuit achilem lacte more aliorum, sed sanguine et medulis leonū, deinde ducens eū p cauernas siluarū, assuefecit eū uenationi ferarū, calori frigori, et oī labori cū uenabulo faretra et sibilibus, nec tenebat eū ī molli lecto, sed ī duro saxo simul secū, et cū uix esset duodeci anorū, docuit eū currere, saltare, natare, nec unq pmittebat ipm psequi damas uel ceruos, sed ursos apros et leones, et exercebat eum ī omi genere pugne. Sed dña thetis psentiens paridem iuisse ad rapiendā hellenā, suspicans filiū Achilem moriturum apud troiā, uolens obuiare facto decreuit transferre eū ad locū tuciorem. Accessit ergo ad domū chironis, et ecce achilles redibat a uenacione cū multo sudore et puluere, et tamen iter labores erat dulcis aspectu cū facie niuea, colore purpureo, capillis flauis, oculis radiantibus, a portans secum duos catulos leoninos, qbz deuebat unques, sed uisa matre abiectis leoncilis ruit ī oscula et amplexus. Audiens ergo dea thetis q rex licomedes regnabat ī īsula schiro que est una de cicladibus, asportauit Achillem oio sopitū ad illā, ubi ipse euigilans a sompno, stupefactus respiciebat nouā terrā, nouā aquā, et oīa noua. Ita q dubitabat agnoscere matrē, ubi mater induit eū diu recusantē et uerecūdantem habitū femineū. Nā tunc casu filie regis uenerant ad templū palladis quod erat ī littore maris, ubi celebrabatur festum. Erant aūt septē nūo, quarū maior uocabatur deidania, ceteras pulcritudine extollebat, qua uisa ille crudus puer continuo contraxit nouū ignē amoris ī ossa, et nouū rubores ī faciem et nisi pudor et reuerentia matris detenuisset eum, turbasset festū, nō obstāte turba magna multitudinis. Sic ergo facaliter factus est mansuetus, et pmisit se uestiri et polliri more femineo et mater admonuit eū, qualiter debebat se gerere iter mulieres et tradidit eū regi licomedi conseruādū usqz ad tempus nubilis etatis, fingens eē sororem Achilis et sub isto colore excusabat, si uideretur nimis uirilis, rogans ut caueret a carcantu et papue ne ueniret ad littus, ne forte raperetur a troianis, sicut hellena a paride. Virgines uō filie regis mirabantur uirginē nouā honorabant et tangere gaudebant. Interī grecia et tota europa parat bellū contra troyā, et reges omēs se pmuniūt, et populi armatur ad ultionē tā atrocis iniurie, et tandem omnes naues grecorū conuenerunt apud aulidem īsulā que est ī mari Euboico et omēs iurēs congregati ī unū corpus sub uno rege agamenone, et quis ibi esset fortis dionides astutus ulixes audax Thelamonius alius aiax et alij etiā multi magnifici pricipes tn tota multitudo suspicabatur achilem absentem et nomē eius amabant et solus achiles contra hectorem petebatur. Ex quo post linguā consultacionem Calcas sacerdos et augur ad postulacionem prothesilai, quē fortuna trahebat ī bellū dixit q mater absconderat eū ī aula regis licomedis ī forma feminea, et statī diomedes puiens ulixem dixit. Hos uocat iste labor, cui ulixes letatus assensit parata ergo naui, ceperunt nauigare p Ciclades et tandem prospo uento peruenerūt ad schiron scropulosā et descendentes ad littus, dimiserūt naues cū socijs, ne ille de insula terrerentur, et ipsi duo accesserunt ad urbem, et portātes ramū Oliue, uenerunt ī introitu porte, cui sicut diuus ulixes narrauit, qualiter erant missi ad explorandū uias et passus,

ne auxilia irent ad Troyam. Rex illos gr-
atantes receptos introduxit ī aulā. Ulix-
es prouidus, totā regiā considerauit oc-
ulis, si notaret ibi aliquod uestigiū uir-
ginis masculē. Achiles aūt audito nouo
exhilaratus est ualde discubentibus dic-
tis omibus rex mandauit, ꝙ sue filie
uenirent, sed ulixes intentus, statī colle-
git gest achilis, que nō stabant uerecūde
et timide sicut alie domicelle, et ondebat
transuersaliter illū diomedi, et nisi de-
idamia solliate reuocasset eū, et tenuis-
set sub modestia, admonendo illū, nūc
pede, nūc manu, nūc oculo, iā esset mai-
festatus achiles, duabus grecoruꝫ, finito
cōuiuio, rex cepit dicere, ꝙ multū uide-
bat dulcibus illis, nā si esset junior, uel
haberet prolem uirilem, iret uel mitteret
ad bellū troyanū. Tunc constanter ulix-
es captata oportūitate temporis respondit,
Certe rex tu desideras rem gloriosaꝫ. Quis
eī nō cuperet uidere cunde innumerabile
exercitum, et tot reges duces et principes
cū tota fortitudo et pulcritudo potentis
Europe, cōiurauerit contra troyā. Huic
aliax fuit data tā copiosā materia ī fa-
me fortibus uiris. hec dicens ulixes re-
spexit itentū ascultanteꝫ cū auribus
attentis et certe saltasset a mensa, ni-
si deidamia abduxisset sorores et ipm,
ipse tam ultimus, recedens, retro asp-
iciebat ulixem. Ulixes deinde dixit re-
gi ꝙ remaneret ī pace, procuraret ui-
sos filiabus suis, que erant excellētes
ī pulcritudine. Rndit rex, quid dice-
res si uideres eas facere sacrificia a ba-
cho uel palladi. et si certe eras erit po-
testas uidere. Tunc duces conceperunt
maiorem spem, sed nox illa uisa est
longa sagaci ulixi, et desiderabat cito
die fieri. Adueniente die cepunt pul-
sari tympana et alia īstrumenta bachi
et ille uirgines cepunt tripudiū, sed
achiles ordineꝫ nō̄ seruabat, diomedes
aūt ad mandatū ulixis parauerat q-
dam donaria muliebria donāda illis
ī premiū laboris, et patre rege consen-
tiente ut acceptarent alie eligebat frix-
ia, alie cimbala uel similia iocalia per-
tinentia ad mulieres. Sed ferus achiles
uidens clipeū splendenteꝫ ī quo erant
sculpta crudelia prelia applicata uni
haste, que ulixes de idustria fecerat
afferri, īfremuit ne mandatuꝫ matrū
nec occultus amor deidamie remāsit
ī eo, sed troya erat ī pectore toto. Et qo
appropiquans magis ad clipeū, uidēs
se ī illo, horruit et erubuit, tunc ulixes
appropinquans illi dixit, quid dubitas

sanere, quis es grecia tua expectat te signis
suspensis, ergo rumpe moras audacter.
Iā achiles apperiebat sibi uestem a pec-
tore, ut se spoliaret, tunc tubice ulixis sic
erat mādatū sibi, cepit fortiter pulsare
tubā. et etiā continuo omīs puelle territe
refugerunt uersus patrē. Achiles āt abiec-
ta ueste, aprehēdit scutū et hastaꝫ, et sta-
tiꝫ uisus est alter, tantū calor belli occup-
auit euꝫ, et replicauit salā, horribili splen-
dore armorū, et stabat iam terribilis in
medio timentiū, uelut si iā iret ꝯ hecto-
rem. Ex alia parte deidamia uidens
fraudeꝫ detectam, cepit clamose plora-
re, nā achiles cognouerat eū uiolenter,
cū semel iuisset extra ciuitatē bachi, ad
quod nō licebat accedere nisi mulierib;
et conceperat ex eo et iam pepat filiuꝫ
occulte, ꝙ nullus sciebat nisi quedaꝫ
nutrix deidamia. Achiles aūt audiens
grandia lamenta deidamie, fracta uir-
tute sua, occulto amore, dimisso clipeo
cōuertens se ad regem attonitū et pau-
dū, nouitate rei mirabilis, nārauit pu-
blice illi totam formā fraudis materne
dns, ꝙ cedebat licomeda ad magnam
gloriam, ꝙ esset ille qui mitteret eum
ad bellū, et ꝙ habebat eū cariores, pre
poleo q genuerat eū, et Chirone qui
nutriuerat, petens ut confirmaret
matrimoniuꝫ furtiue contractū, et excu-
sans deidamiaꝫ que nō potuerat uitare
uires tātiꝫ brachiorū, dicebat sic ergo
me pati penā de hoc. iam socer es et
proiciens filiū ante pedes addit iaꝫ
es auus. Ille quis cognosceret iiuriā
sue care filie, tam timebat obuiare
factis et si attentasset quid profuissꝫ
certe Achiles ibi sprouisset matrē suā
si pns fuisset. Licomedes ergo ut ha-
beret talem generū consensit, tunc dei-
damia uerecunda uenit et quis nō
sparet ueniam, placauit patreꝫ media-
te achile. his rebus gestis missus est
nūcius ī thesaliā, qui signauit patri
poleo rem magnaꝫ, ut pararet socios
et classem ad bellū. Et ipse rex lico-
medes armauit genero suo duas na-
ues excusans se, ꝙ plus nō poterat
aduciente nocte. Achiles dormiuit se-
curus cū sua deidamia, et illa anxia
petebat qn reuideret eum īter brachia
sua, dolens ꝙ uix habebat spaciū plo-
randi, et ꝙ una nox dederat et abstu-
lerat achilem sibi. Achiles aūt conso-
labatur eā, et iurabat sibi fidem pro-
mittens magna, postea īgressus nauē
cepit abscedere ab schiro. deidamia
uō stans ī alta turri cū sororibus lacri-

maritibus et tenens filiu novu pirru res
piciebat alonge achilem recedentē. Ille
vero sepe torquebat oculos ad muros urbis
cogitans domū viduā, et planctū uxoris
relicte et occultus amor renascebatur ī
corde eius. Sed ulixes sentiens ipm suspi
rantem, conatus est caute revocare eū suis
verbis dicens. O destructor destinate magne
troye, ergo tua mater celavit te astute
sub hitu femineo, ut tanta virtus mar
ceret ī ociosa umbra, cui achiles rndit
q ipū ensis excusaret fallū matris. et pe
tivit ulixem, q sibi nārraret principia
et iustas causas irarū contra troiā. Ulix
es nārravit illi raptum hellene, et dixit
post multa, quid ageres si aliquis iret
nūc ad rapiendum deidamiā, et asporta
ret a patria illam attentā et clamātē
nomen achilis magni. Tunc achiles red
uxit manū ad capulū, et magnus ru
bor accendit faciem eius. Ulixes cōtētus
his tacuit, et continuo diomedes cepit
petere achilem de eius nutritura sub Chi
rone, et sic confabulanter venerunt ad
campum, ubi fecit illa miranda, q scribit
homerus ī sua yliade. Et hic nō lector,
q solet sepe moveri dubiū, qualiter est
possibile, q pirrus filius Achilis natus ex
deidamia venerit ad troiā, post mortem
patris, ad bella gerenda, sed certe sic dubi
tantes nō considerant q apparatus tanti
belli nō potuit fieri ī brevi tempore. Un
debes scire, q tempore mortis hectoris
hellena iā steterat ī troia, p spaciū. XX.
annorum, ut scribit homerus XXIIII° yli
ades. Ex dictis etiā removetur aliud
dubiū v3. quis fuerit laudabilior, an hec
tor an achiles, certe nō solū homerus
grecus, sed virgilius statius et ceteri po
ete latini videntur preferre achilē, qui
ī strenuitate armorum fuit superior et alia
multa ascribuntur sibi que Chiron
magister suus docuit illum qui novit
pulsare cantare et medicamina herba
rum, nobiles mores iusticiā, et modum
regendi, ut scribit statius. Hunc est
tempus veniendi ad lram, que istis vi
sis remanet valde clara, dicit ergo,
Achille nō altramente. i. similiter, si
riscosse. s. a sompno et evigilavit, gli
ochi svegliati rivolgendo ī giro, ut au
disti plene ī narratiōe historia, e nō sap
endo la doue si fosse, quia mutave
rat locum, unde dicit, quando la
madre. s. thetis timens presagium
transfuge lui. i. furtive et celeriter
transtulit, dormiendo. i. dormientem
ī le sue bracce, nō fidens cōmittere
illum alteri, dachirone. s. centauro. i.
nutritore suo, a schiro Insulā arcipelagi
la donde. i. de qua īsula, li greci poi il
di partiro. s. ulixes et diomedes, qui dux
erunt eum ad exercitū grecorum, ad mortē
destinatum, a qua mater frustra conabat
liberare eū, che mi scossi io. s. a sompno
evigilavi, si come il sompno mi fugi da
la faccia, quia aperui oculos prius clausos
e diventai smorto, novitate rei mirabilis
a simili. como fa lomo che spaventato a
iccia. Et hic nota quantum hec nobilis cō
paracio est propriissima p omnes partes
suas. Thetis eī removit achilem a chi
rone magistro suo, et dnā ista divina. s. lucia
removit dantem a virgilio magistro suo, q
sicut chiron venit novit nām equorū be
stiarū, arborū herbarum, sicut patet ex li°
bucolicorū, sub quo dantes didicit nobiles
mores, sicut Achiles sub chirone, et sicut
mater achilis sollicita de salute filii, ne
iret moriturus ad troiam, transtulit ipm
de pulcra caverna ad locū tutū et quietū.
Ita ista pia mater lucia sollicita de salute
istius filii, ne iret moriturus ad voluptatē
transtulit eum ad locū tutum et munitum
purgatorii. Et sicut fortissimus achiles evi
gilans stupefactus est totus, videns oīa
nova, factus est novus, ita valentissim⁹
poeta dantes est attonitus.

Dalato mera solo il mio conforto
El sole era alto gia piu ch due hore
El viso mera ala marina torto.
Nō hauer tēma, disse il mio signore
Facti siano che noi semo abuon
punto
Nō stringer ma relarga ogni vigore
Tu se omai al purgatorio giunto
Vedi lalbalço chel chiude dintorno
Vedi lentrata la oue par digiunto.

Hic poeta ondit quō ī tanto dubio fuerit
confirmatus a virgilio sicut erat solitus
ī omni terrore, un̄ dicit, dalato mera solo
il mio conforto. s. virgilius qui secutus
fuerat eum, quia hic erat opus maiori
arā ad tam arduū ascensum, nec virgili⁹
per se erat sufficiens ad pducendū eū
ad istū passum, et tempus erat bene
dispositum procul, quia iam erat multū
diei, fugata tota nocte. Unde dicit, el sole

